



**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum  
Iatro-philologicarum**

**Naudé, Gabriel**

**Genevæ, M. DC. XLVII.**

Qvæst. Qvarta Iatropilo-Logica. An liceat Medico fallere ægrotum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)

sterum, quæ tua est incredibilis in omnes  
comitas, & benevolentia, non defuturam  
spera.

Dabam Romæ IV. Kal. Martij  
Anno M. DC. XXXV,



QVÆST. QVARTA  
**IATROPHI-**  
**LO-LOGICA.**

*An liceat Medico fallere ægrotum?*

**R**AVITER certè & iniquo  
animo paterer, THADÆE  
COLICOLA, dulce decus  
& præsidium Medicinæ,  
quæstionem hanc, quam lupercalibus  
istis, dum

*Scena sonat, ludique vocant, spectant- Ouid: 4.  
que Quirites,  
Fast.*

*Et fora Marte suo litigiosavacant;*

probè cōuenientem instituo; in Theologorum potius suggestibus , Curiarūmve subsellijs , aut Philosophorum scholis ( quod forsan fieri debere aliqui sibi persuadent) quām in Medicorum triclinijs exagitandam, atq; hinc, & inde contestata lite dijudicandam proponi. Maximè cum hīc non agatur de fraude peculatus , repetundarum, stellionatus , aut ablatæ rei alienæ; sed de pretiosa illa , & in humanæ salutis commodum prudenter excogitata, quam nullis temeratæ consciētiæ vīculis inuolutam esse testaretur Theologus ægrotans, & Iurisconsultus sanitate cassus vehemēter optaret in suum caput experiri. Enimverò si quod olim dixit Poëta non ineptus,

*Nauita de ventis, de tauris narrat  
rator,*

*Enumerat miles vulnera, pastor onci  
commēt.* hoc idem D. Thomas mutuatis ab A.  
in Boet.de  
cons. phi-  
los.

lano Theologorum sui temporis do-  
ctissimo sequentibus versiculis æquita-  
ti valde consentaneum esse significat

*sua quilibet utitur arte,*  
*Milo*

Miles equis, Piscator aquis, & Physi-  
cus herbis,

Nauta fretis, Pugiles Marte, Poëta me-  
tris,

Rusticus arua parat, numerat mercator  
auarus,

Virgo legit flores, stultus amator amat.

Ac utriusque demum sententiæ voli-  
tantem in Hemistichiorum flosculis a-  
nimā, diffusumq; per tessellatæ narra-  
tionis emblemata sensum, vulgari qui-  
dem, & minimè ad auriū lenocinium  
composito, sed ad persuadendum ma-  
gis efficaci diuerbio complexus est D.  
Hieronymus, quod Medicorum est, in In epist.  
quit, promittant Medici, tractent fabrilia  
fabri; amabo te, Consultissime Tha-  
dæ, quis unquam inficias audebit ire,  
dolum hunc non malum, aut intra me-  
dicinæ fines, & pomeria esse admit-  
tendum, aut non in alio quām ejus fo-  
ro, ad quod etiam, teste Galeno, de lib. quod  
rebus ad morum disciplinam spectan- opt. Me-  
tibus cognoscere spectat, censura, ap- dic. &c.  
probationēve donandum? certè vix  
opinor quisquam tam grande istud ne-

fas potius in animum inducet suum,  
quam vel indicationes , vel analogi-  
mum experientiamve ab Æsculapij  
comunibus præsidijs remouere ; quan-  
doquidem non minor est istius quam  
reliquorum omnium necessitas cum

*De breuit. multa, ut inquit Stoicorum jubar, igno-  
ritibus ægris curanda sint, & quod idem  
in suasoria pro Cicerone minatur: Hoc  
si tamen recta via consequi non potero, de-  
cipere vos cogar, veluti salutarem puen-  
datus potionem absinthiati poculi, Me-  
dicis illis præsertim, qui à continua-  
grorum visitatione , Galeno quidem  
Ἄριτχοντες, Appiano Ἀριτχόνδροι, san-  
cto Gregorio Nisseno ἀγυρτόντοντες, Mo-  
destino ἀρισταῖ, Latinis autem cir-  
cutores , circitorésque audiunt , solito  
quam alijs frequētius veniat usurpan-  
dum. Iam verò qua cautione , aut si  
verius , & ex arte loquendum, qua de-  
ceptione utendum sit, cum potioncs  
illæ amaræ, absinthioque pontico, aut  
aloe succotrina temperatax delicatulis  
fusionibus offeruntur ; quorum natu-  
ra dulcedini lactis, mellitísque crustu-*

lis al-

lis assuefacta, non ita se lubenter, ac facile seueroribus Medicorum edictis accommodat; neminem profecto existimo latere, non eoru modo qui istud in se negotij repositum habent, sed nec aliorum etiam, quibus aliquando similitudinis istius in mentem venit, quæ tam eleganter, & nitidè rem ipsam ex Lucretij poëmate nobis ob oculos repræsentat,

*Ac veluti pueris absinthia tetra medētes,  
Cū dare conātur, prius oras pocula circū,  
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore,  
Ut puerorum etas improvida ludificetur  
Laborū tenus, interea perpotet amarum  
Absinthi Laticem, deceptaq; non capiatur,  
Sed potius talitaçtu recreata valeat.*

lib. i. de  
rer. nat.

Atque si locus hic à quorundam memoria peregrinatur, quam poëticę studium minus forsitan afficit, aut sollicitat; en alter hic quām simillimus ex Themistij oratione ad Nicomedien-  
ses velut in subsidium, Μιμητέον ἡμῖν τοῖς  
σοφωτέοις τῇδιατῷ, οἱ τὰ πιεστέα τῇδι  
Φαρμάκων μέλιπ τῶν πύλην πειχείον-  
τες, πίνειν διδόσσοι; quod idem est vade,

atque interprete doctissimo Mureto,  
varia. lect. ac si quis diceret, imitandi nobis sunt sa-  
lib. 6. c. 10. pientiores Medici, qui medicamenta am-  
 riora & grisea dant eibenda oris poculi melli  
 circumlitis. At non improuida tantum  
 puerorum ætas, aut potius pertinacia  
 fictis ejusmodi dolis, & artibus expu-  
 gnanda venit, cum sit hæc peruersitas ho-  
minum, quod optime notat Tertullia-  
 nus, salutaria excutere, exitiosa suscipe-  
 re, periculosa quoque medicamina vitam  
 mori denique quam curari desiderare:  
 que ut ibidem subjungit, medicina pro-  
 sidiam plures sunt qui refugiant, pluri-  
 stulti, plures timidi, & male verecundi,  
 quidni etiam plures teneri, cincinnati-  
 que Mecœnates, plures timidæ mul-  
 lierculæ, plures honestæ, pudicissime-  
 que virgines, amentes plures, & fu-  
 riosi,

*Quique suum cor edunt, hominum  
 consortia vitant,  
 melancholici, ac inter hircosos etiam  
 centuriones, infraetæque virtutis, & pa-  
 tientiæ homines multi, qui vix mente  
 animoque constant,*

*Lanien*

*in Scor.  
piaco.*

Prudent.  
Steph. hy  
mno 10:

*Lanienā quando sicut Hippocratica,*  
*qui quidem omnes nisi technis similili-*  
*bus argutè, sapientérque confictis de-*  
*cipientur, vix est ut se juuamenti quid-*  
*quam ab alijs unquam præsidij percep-*  
*turos sperare possint, aut debeant.*  
*Quamobrem nec injuria sane factum*  
*est, ut qui spectatam jam antea habue-*  
*re ejusmodi licentiæ, officiosiq; men-*  
*daci; in medicina facienda utilitatem*  
*optimi, sapientissimique medicinæ*  
*principes; horum quidem nonnulli,*  
*artem fraudis ipsius texedæ velut *σε-**  
**μηκλω*, qua liceret *ἀμάχει τέχνην* δο-*  
*λω victoriam supra morbos consequi,*  
*reliquis medicinæ partibus, seu Man-*  
*tissam subnectere consentaneum du-*  
*xerunt; alij vero qui rationali medi-*  
*cinæ, mathematicam etiam plurimum*  
*inseruire contendunt, quam, & Ho-*  
*mericam quoque exemplo Galeni a-*  
*pud Trallianum vocant; fortè quod*  
*Homerus ex Brodæi conjectura sup-*  
*pressum verbis sanguinem, & myste-*  
*rijs sanatos affectus prodiderit; ejus*  
*quatuor partes constituunt, Amuleta*

*lib. 9.*

*cap. 4. in  
Miscell.*

scilicet, characteres, verba, & technas,  
*lib. 2. met.* quemadmodum fecit Augerius Ferre-  
*medendi* rius: juréne an injuria nihil hic habeo  
*cap. II.* dicere, qui technarum artem solum-  
modo non autem reliquas ab injuria,  
& contemptu vindicare constitui: sed  
quanquam omnes isti varijs se rationi-  
bus tueri, opinionésque suas defende-  
re possint, mallem nihilominus quid-  
quid est istius technici, & officiosi  
mendacij velut quartum medicinae  
instrumentum statuere, ad quod ipsa,  
postquam

*Manil.lib.* *Succubunt artes, rationis vincitur usus,*  
*4.* nihilque aduersus morborum sequitium  
indicatione, analogismo, aut experien-  
tia proficit, tanquam ad sacram an-  
choram recurrat, vulpinamque pel-  
lem assuat, ubi leonina sola potest suf-  
ficere. Non secus enim atque indica-  
tiones illud nobis insinuant quod fieri  
debet in morbis notis, obseruatio ve-  
rò, & analogismus, quod in ignotis  
aut quorum causæ vel remedia non  
ita statim curationis initio se offerunt.  
*Omnes* verò utramque sepius paginam  
faciunt

*fallere ægrotum?*

iiij

faciunt in triplici materia, diætetica  
nempe, pharmaceutica, & chirurgica  
rectè, conuenienterque usurpanda; ita  
profectò technæ medicæ tunc maxi-  
mè sui necessitatem produnt, cum in  
tribus illis, & communibus instrumē-  
tis nihil amplius spei, atque emolu-  
menti reliquum est, sed vel ob ægri  
contumaciam, vel morbi morem, ijs  
omnino adminiculis opus est; quæ non  
quidem scientia, sed prudentia ipsa  
possit sufficere; tūncque tantum abest,  
ut culpari debeat Medicus, aut in Te-  
rentianum illud incurrere,

*Iam tum erat suspicio*

Euneuchi  
act.3.sec.3.

*Dolo malo hæc fieri omnia,*  
quin potius aliud ejusdem de ægroto,  
quem curandum suscepit jure, ac me-  
rito usurpare debeat,

*Æquum est fieri ut à me ludatur dolis:*  
morbus siquidem *moīca τ& βίς* fatum  
est vita, & conjuratus hostis, quē Me-  
dicus debellandum suscipit:

*Dolus autem, an virtus, quis in hoste* Virgil.  
*requirat?*

2. Aeneid.

præsertim cum annuente Seneca, Si lib. de Be-  
nef.

H ij

*omnia fecit, ut sanaret, peregit Medicus  
partes suas, non secus profecto quām  
dux si omnia fecit ut vinceret: quem-  
admodum autem monet Vegetius,*

*lib. 3. c. 9. ptimi duces non aperto marte prælium, in  
quo est commune periculum, sed ex occulto  
semper attentant, ut integris suis quantos  
possint hostes interimant certè, vel terreat.  
Et eadem ratione jubet Polyenus ipsos  
in acie quiddam machinari debere, ut  
confilio finem conflictus præuenient-  
te, victoria certior illis, atque indubi-  
tata contingat; hoc verò cum auto-  
ritate Homeri confirmat, qui dum  
stud, seu dolo, seu vi, ή δόλω ή ε βίη  
toties repetit, nihil aliud sibi vult, quā  
occultis artibus, & stratagematis ad-  
uersus hostes esse pugnandum; tum  
vero præcipue exemplo Vlyssis, qui ab  
ipsorum mira inuentione ita sibi in  
Odyssea applaudit, & gratulatur: Sum  
Vlysses Laertiades, qui propter omne  
genus dolorum hominibus innotui,  
& mea gloria ad cœlum peruenit; seu  
quemadmodum elegantiūs habetur  
apud Homerum,*

*Proœm.  
lib. I.*

E 14

fallere ægrotum?

117

Εἰμὶ Οδυσσεὺς λαερπάδης, ὃς πᾶσι δό-  
λοισιν

Αὐτοῖς ποιοι μέλω, οὐδὲν πλέον κα-  
νούντει.

Vnde cum morbus summus sit, & ca-  
pitalis hostis ciuitatis, isque non exter-  
nus, sed ciuilis, nec ciuilis modò, sed  
domesticus, quem omnes cujuscum-  
que sint sexus, sortis, & ætatis naturâ  
duce refugiunt, quo non est monstrum  
immanius, non crudelior tyrannus,  
non pestis ulla tetricior, aut vitæ capi-  
talior inimicus, quis, oro obtestorque,  
molestè feret, huic & insidias strui, &  
dolos neci, & pedicas tendi, & occul-  
to, apertoque Marte cædem, ac perni-  
ciem intentari? sed aliud est præterea  
quò te vellem omnino mentem, oculi  
lōsq; reflectere THADÆ COLICO-  
LA, & quod ipse maximi. esse in hac  
dissertatione momenti penitus mihi  
persuasum habeo; etenim si Fabius in  
Oratore suo contendit non esse vitu-  
perandum mendacium, quod ad ho-  
nestatis persuasionem cōducit; si Ho-  
ratius poëta certè grauissimus illud i-

H iij

*dem voluptatis causa permittit,*

*In epist. ad  
Pisones.*

*Ficta voluptatis causa sint proxima  
veris;*

*Si Poëtæ ipsi,*

*Campa-  
nus.*

*Fingunt quæq; volūt, putantq; palnam  
Mentiri bene gloriōsorem;*

*Prudent. Si Dialectici, Fidem minutis dissecan-  
tia infidel. ambagibus,*

*Vt quisq; lingua est nequior;*

*vopisq. in Si nemo scriptorum quantum ad historiam  
Adr. pertinet non est aliquid mentitus.*

*Et quiduis Gracia mendax  
Audet in historia;*

*Cicero  
Philip. i.*

*Si plerumque fit, ut ij qui boni volunt  
aliquid afferre, effingant aliquid quo fa-*

*Lucianus. ciant istud lætius; imo verò si Alexan-  
der natum se Ioue fingebat, quia men-*

*dacium illud χρησιμον εἰς τὰ θεάγματα  
& Titus Castrutius volebat apud A-*

*Lib. i. cap. gellium Rhetori concessum esse senten-  
uti falsis, audacibus, subdolis, captiosis,*

*modo verisimiles sint, & possint ad mou-  
dos hominum animos qualicumque as-*

*irrepere. Quæ causa tandem erit c-  
idem Medicis non liceat, in unius li-*

*nitatis adeptione, & conseruatione  
quali-*

quam Plutarchus blandissimum, longeque diuinum vitæ condimentum vocabat ob insignem nempe utilitatem ejus, & præstantiam, quæ certè talis est, ut reliqua mortalium bona nobilitas, eruditio, fortunæ, eam quam habent gratiam, & dignitatem ab hac una mutuari, aut certè siquam ex se obtinent, si absque sanitate sit, omnem penitus amittere videantur.

*Valeat possessor oportet,*

Horatius

*Si comportatis rebus bene cogitat uti:*

*Sincerum est, nisi vas quodcumque infundis acescit.*

Enimvero tantum abest, ut veniam Medici deprecari debeant fraudis alijcujus officiosæ, vel mendacij commis-  
si, ut ipsi potius, officij neglecti, & ma-  
lè administratæ prouinciæ accusari  
possint, nisi quotiescumque se offert  
occasio, illis ad ægrorum salutem ute-  
rentur, sicq; ex sententia Asclepiadis  
laudata apud Cornelium Celsum, eo-  
rum morbis citò, tutò, & jucundè pro-  
fligandis incumberent: hoc vero quomo-  
do præstare possint, per tot ingra-

H iiii

tos , abominabilésque sapore& odo-  
res medicamentorum ; per tot cruces,  
& tornēta Chirurgorum , per tot non  
modò tenuis & demensi victus , sed  
plerumque etiam medicamentis infe-  
cti, tædia , quæ sæpius in causa sunt, ut  
quod damnabat Apuleius, *medentes ipsi  
ſeuiores morbis existant, nullus equidem  
video* ; nisi se ex jucundæ Medicinæ  
*præceptis ægrorum votis , aut demul-  
cendis , aut fallendis accommodent,*

*14. meth.*

dolores, ut præcipit Galenus, quantum  
fieri potest leniendo ; medicamenta-  
que , ut idem 4. de tuenda valetudine  
consulit, grati & benigni saporis sel-  
gendo ; ac demum, quod innuit Hip-  
pocrates , in ratione victus aliquid re-  
mittendo , de supra illa potestate

*6. Epid.*

quam Theodoricus apud Cassiodorun  
Comiti Archiatrorum sub hac formu-  
la indulget , *fas est tibi nos fatigare jeju-  
nijs , fas est contra nostrum sentire desid-  
rium , & in locum beneficij dictare quo  
nos ad gaudia salutis excruciet.* Vnde  
cùm ægrorum alij illud frequenter in-  
geminent & querantur,

*Lib. 6.  
cap. 9.*

*Setinum*

fallere ægrotum?

121

Setinum, dominæq; niues, densig; triëtes, Matt. epis.

Quando ego vos medico non prohibente gram. 86. lib. 6.  
bibam?

Officium tunc est prudentis Medici,  
pro vino illo toties & tam ardenter  
concupito granatorum succum, aut a-  
quam acetosæ, ptisanamque quo quis a-  
lio modo vinum mentientem exhibe-  
re; cùm alij purgantium medicamen-  
torum fastidia horreant, debet ipsa  
vel in sero diluere, quemadmodum fe-  
cit Galenus scammonium, vel in rotu- 14. Me-  
lis, aut conseruis abscondere, vel in a- thodi.  
acetarijs exhibere, aut admixtione cre-  
moris tartari, chymica præparatione,  
ambrosiopœia, & alia quacumque ra-  
tione virus illud, quo se produnt, ob-  
tundere; ac si nactus fuerit aliquam  
Cōfidiam, quæ nobilis mulier omnem  
asperiorem medicinam abhorrebat,  
Democharem imitari Medicum, qui  
lac caprarum ei callidè propinabat, sed  
quas lentisco pascebat: si deniq; quasi Tertull. in  
sæuitiem reputent ægri medicinam de Scorpiaco.  
scalpello, de cauterio, de sinapis incendio,  
Nec rigidos silices, solidumve in pectore Ouid. 9.  
ferrum, Metam.

*Aut adamanta gerant,*

*Plinius.*

quo stantes & immoti, ut Caius Marius, varices sibi excisci patientur, aut venas aperiri, quemadmodum Læanus & Seneca, tum verò perfricta fronte doloris opinio minuenda est, aut imitanda saltem Medici illius sapientissimi industria, quem aiunt, *cum*

*Seneca de Regis filiam curare deberet, non sine ferro posset, dum tumentem mammam leviter*

*fouet, scalpellum spongia tectum induxisse; repugnasset enim puella remedio palam admoto, eadem quia non expectauit dolor rem tulit; aut si aliter morbus ferat ce-*

*lib. 2. Chi- leberimi Chirurgi Ioannis de Vigo  
vulg. tra- solertia exemplo esse poterit similis  
cta. 2. cap. alterius confingendæ; is enim dum*

*nodum carnosum Iulij secundi contumaciorem in dies fieri, & Pontificem omne genus remediorum constanter respuere animaduerteret, nouam quādam medēdi rationem meditatus est; pannos si quidem veteres frustillatim conscerptos unā cum panis filigine mica molliore, & arsenici sublimati in aquis rosarum, & plantaginis excepti momen-*

*s.*

momento, ad tertias in vase æneo decoxit, expressisque demum illis, & pulueris modo ulceri admotis, quod nullis deinceps unguentis se curatum jurejurando receperat, breui summa cum omnium admiratione Pontificem à graui & molesto affectu liberavit. His rationibus quartam subjunxit multorum error communis, ne dicam, vulgi stultitia, non ipsa quidem recens, sed quæ cordatis jam antea billem mouit, & Plinio seniori præser-tim, à quo medicina vapulat, cum ob alia, tum verò ob istud potissimum, quod auctoritas aliter quam Græcè eam tractantibus, etiam apud imperitos expertaque lingua non est, ac minus credunt quæ ad sanitatem suam pertinent si intel-ligunt. Vnde si non mentiendi, at saltem probè simulandi necessitas Medicis hac lege videtur imposta, technasque & dolos argutè conficiendi, quod famam apud imperitos tueri possint, & arti, quam profitentur, auctoritatem conciliare. Ut propterea huic instituto valde conuenienter Medicos ad-

Lib. 29.  
cap. n.

*Cap. 5. lib. de promis. sc. doctrina.* monuerit Galeotus Martius , ut dum apud doctos homines verba faciunt, quos rei veritas non latet , communia ac aperto sermone utantur ; dum vero apud aniculas & plebeios , quæ Latinè , aut lingua vernacula dici commode possent , obscuriori sermone Graeco , vel Punico referant ; tunc enim sit , ut si alteæ loco hibiscum nominari audierint , si mercurialis vice linozostim , si pro fumaria Capnitim , pro semperuiuo eizoon , pro agrimonia eupatorium , pro vini & aquæ mixtione crama , pro posca oxycratum , secaniabim pro syrupo acetoso , tereniabim pro manna , rauedseni pro rhabarbaro , sit inquam , ut stupeant statim ad ejusmodi verba , quæ

*Sunt ipso penetranda sono ,*  
*eaque remedia velut θεῶν χεῖρας ē cœlo demissa , aut saltem in eorum gratiam laboriosè à Medicis excogitata ,*  
*lubentius , & majori fiducia suscipiat ;*  
*tantum abest , ut , quemadmodum fe-*  

*Metalogici lib. I. cap. 5.* cit Ioannes Sarisberiensis , querelam hanc instituant , verba proferunt inaudita , ad

fallere ægrotum?

125

ta , ad omnia suos loquuntur aphorismos,  
& metes humanas velut afflatas tonitruis  
ita percellunt nominibus inauditis. Ve-  
rūm ut fæx ipsa populi facillimè in-  
hunc errorem impingit ; ita profectò  
sapientissimi etiam homines in alium  
persæpe incurruunt , qui non minus e-  
quidem quām lixarum , & calonum  
deliria Medicorum stratagematis in-  
digere videntur. Nescio enim quomo-  
do vitio imbecillitatis humanæ plerū-  
que contingit , ut horum nonnulli si-  
mul atque ægrotant timidi , suspicio-  
siq; euadant , nec solùm verba & ser-  
mones , sed gestus nutúsque Medicoo-  
rum accuratiùs obseruent , à cunctis si-  
bi metuentes , quæ sunt

*Nihilo metuenda magis, quām Lucet.*

*Quæ pueri in tenebris pauitant, fingunt-*  
*que futura.*

Quamobrem prudentis est Medici o-  
mnia quæ ægris metum allatura puta-  
rit , simulatione tegere , symptomata  
grauia , crises infaustas , lethalia signa ,  
recidiuæ metum , aut infelicem morbi  
exitum prudenter dissimulare , istud-

que Virgilij sibi dictum putare,

*Spem vultu simulat, premit altum cor-  
de dolorem;*

*Aphoris.*

140.

ut consilio Damasceni non modò ple-  
raque reticeat, sed cuncta etiam fin-  
gat & polliceatur, quæ vel salutem ja-  
centis, vel spem conualefcientis, con-  
firmare possunt, & in meliorem sta-  
tum reducere. Complexio enim ani-  
mi corporis affectui semper inhæret,

*lib. 3. cap. 5.* ac propterea, ut monebat Celsus, *egregi*  
*securos agere conuenit, ut si corpore, non*  
*tiam animo laborent;* & Seneca dicebat  
*quod multis causa moriendi fuit, mor-*

*De breui bum suum nosse. Contra verò si rebelles*  
*tat. vita illos, aut contumaces, nec sibi vel alijs*  
*cap. 17.*

obsequentes nactus sit, majora quam  
sint, omnia fingere debet, morbo nūn-  
que metastasim, epigeneses, & malo-  
rum iliadem minitari, quo certæ & ex-  
quisitæ rationi, imperatísque auxiliis  
facilius assuescant, si non sponte & du-  
ctu suo, at saltem majoris mali formi-  
dine coacti. Fieri quoq; nonnunqua-  
solet, ut Medicus in *agrosquo* *sdan-*  
*ἀπεγνωμένος*, seu, quod diceret Arno-

*bilis*

fallere ægrotum?

127

bius recusantes sanitatem pati incidat, ut  
exempli gratia,

Libri. A.  
gid. Cor-  
bolien. li.  
i. de virtu-  
tib. com-  
posit. Me-  
dic.

*Quando melancholicis ratio fuscata te-  
nebris*

*Eclipsim patitur, erratque Logistica  
virtus;*

atque etiam,

*Dum phrenesis feruet, cerebri dum \* fu-  
rit in arce*

*Fellea materies, dū parturit ira caloris,  
Verbaq; dū nulla mentis signata moneta  
Luctibus, & varijs jactantur plena  
querelis:*

quos omnes nisi dolis & stratagemate  
quodam sibi proponat curandos, ut  
malorum pulpa cum infixis radicibus  
hellebore cocta, aut eodem in libo ex  
ouis in sartagine frictis abscondito,  
granisve scammonij in electuario, sero  
lactis, prunis, passulis præparatis, aut  
pane dulciario exhibitis; oleum certè  
atque operam omnem perdet, nec mi-  
nus forsitan quam æger ipse delirus re-  
putabitur.

Verum enim uero, ut in hac fraude  
medica modis omnibus, qui fidē præ-

stare possunt , afferenda nihil amplius  
fraudis reliquum esse possit , tot jam  
allatis rationibus , quæ per se quidem  
solæ satis esse possent ; auctoritates il-  
lustrium Medicinæ scriptorum , & co-  
rumdem exempla velut copias auxi-  
liares , succenturiatōsque milites , en-  
ecce in campum explicō . Et quidem  
quantum ad auctoritates attinet , non

*3. de Re-  
pub.* faciam hīc quod cæteri , qui Platonis  
mentem ad Medicos corporis detor-  
quent , cūm longè magis rationi con-  
sentaneum sit ex ijs quæ postea apud  
eūdem subdit Socrates , & Ficini com-  
mentario eum publicis tantùm Medi-  
cis animorum , quales sunt ciuitatum  
Rectores , Ducēsque populorum , men-  
dacijs veniam cōcessisse , sed ad Hippo-  
cratem omnium in Medicina bono-  
rum auctorem & parentem me con-  
uerto , qui sexto de popularibus morbis  
*Section. 5.* docet optimum esse in Otalgia , seu  
*part. 13.* aurium dolore , ægrū decipere , quam  
quam modum istius deceptionis pe-  
lanam imbutam unguento calido , &  
clām in vola manus repositam , *Begy*  
*Nopis*

Ægrotus tam obscura, & ænigmatodei explicet, ut nondum inter se consentiant Valeriola, Fuchsius, Syluaticus, & alij de recta ipsius loci interpretatione. Sed quantumuis de illa inter se digladiantur, omnes tamen cum antiquis interpretibus conueniunt, quos Galenus asserit ejus opinionis fuisse, ut decipiendi ægroti causa, ad hoc agendum accessisse Hippocratem dicant, interdum enim de ijs rebus solatium capere ægrotantes, & arbitrari diligentiores de ipsis curam Medicos habere. Vnde ipsomet Galenus, licet expungendam particulam illam *anatomam* ex fine ipsius aphorismi censcat, commentario tamen in Hippocratis librum de officijs Medici fraudes ejusmodi majorem in modum extollit, modumque docet, quo fieri debent in ijs, qui pus spectare non possunt, aut chirurgorum apparatus sustinere dum velut Gallantes,

*Mente tremunt, lacerant corpus, fun-* Tertullianus  
*dintque cruorem:*

*quin statim animo linquuntur, his enim*  
*dicendum erit eras nos de chirurgia esse.*

consideraturos, imprimis etiam satis esse  
si locus, aut foueatur spongijs, aut aqua  
perluatur, atque ad emplastrum, aut me-  
dicamentum recipiendum præparetur: in-  
terim verò sectio homini ex improuiso ad-  
hibenda est: idemque hoc à se aliquan-

lib. 14.

do factum testatur in libris methodi:  
in quibus historiam refert illustris cu-  
jusdam fœminæ, quæ dum herpete  
circa malleolum laboraret, qui etiam  
serpendo ad bubones ascenderat, nec  
medicamenti soluentis præter serum,  
ullum genus admitteret, scamonium  
in illud clàm injecit, sicque, licet inui-  
tam, purgauit & sanauit. Cujus postea

lib. 1. c. 17. imitatione Trallianus mulierem aliam  
argutè fefellit; etenim cum illa se in-  
ter edulia serpentem deuorasse arbi-  
traretur, vomitum statim emeticis co-  
uenientibus commouit, atque immili-  
sa clanculum in illud quod rejectum  
fuerat lacerta, ex ijs quæ proprius al-  
hanc accedebant, quam læsa ægrotan-  
tis imaginatio referebat in corpus su-  
subiisse, finxit postea, maxima cum fa-  
& assistentium admiratione, illam vo-

mic

fallere ægrotum?

131

mitu quoque fuisse redditam, & nihil propterea amplius esse, quod illa ab ejusmodi animalculo sibi timeret. Ita etiam Philotimum Medicum non mediocriter extollit Aëtius, quod exco-  
gitato & imposito supra caput melan-  
cholici cuiusdam, qui se ἀνέφαλον esse,  
& capite diminutum reputabat pileo  
plumbeo ipsum eò tandem adduxit,  
ut præ continua molesta, quam ex c-  
jus duritie, & nimio pondere persen-  
tiebat, caput se recuperasse fateretur.

Quam curandi methodum licet falla-  
cem, & subdolam Damascenus postea *Aphor. 14.*  
confirmavit, horum præsertim, & Cor-  
nelij etiam Celsi ductus exemplo; ut *lib. 3. c. 54.*  
nulla jam de antiquorum Medicorum  
in hac quæstione sententia possit esse  
difficultas, quemadmodum certè nec  
de eorum, qui à Damasceni tempore  
floruerunt, postquam Bernardus Gor-  
donius, & Gabriel Zerbus Medici am-  
bo clarissimi, & reliquorum suæ tem-  
pestatis facile principes, diuersos tra-  
ctatus ediderunt, de cautelis quibus-  
dam, & Medicinæ fraudibus, quæ non

I ij

An liceat Medico

132

secus illius artem professis familiares  
esse debent, quām fortissimis ducibus  
stratagemata; aut simulationes, &  
mendacia Iurisconsultis, ut à reo vel  
actore veritatem rei apud ipsos dubie  
extorqueant; quandoquidem non ad-  
eo inter se distant Iuris Medicinæve  
periti, quin multa habeant inter se  
communia,

struth.lib.  
s. artis  
Sphygmr.

Iudex est Medicus, rens est agrotus,  
mici

Actores, ad sunt plures ex ordine tēles,  
Morbus, causa, locus, symptoma, inno-  
ta facultas,

Consimiles aegri, mos, motio, pharma-  
ca, gestus.

Sed quod nihil omnino fictæ istius &  
dolosæ curationis nomine Medicis  
imputari posset, satis jam cautum est  
à Plinio, Petrarcha, Baptista Mantu-  
no, Petro Aponensi, aliisque ob cor-  
poris imbalnitiem, morūmque rusti-  
citatem lacescitis; nonnulli ex ipso  
haud inter se orgijs mendaciorū con-  
federati, quod de Origenistis pro-  
nuntiabat D. Hieronymus, sed quibus  
egre

egregium semper visum est

*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa,*  
rem omnem ad æquitatis carceres re-  
ducere, & numquid in Medicina fa-  
cienda dolis ejusmodi incumbere lici-  
tum foret, præclaris hac de re quæstio-  
nibus institutis explicare voluerunt, ut  
Frâciscus Valeriola in enarrationibus,  
Rodericus à Castro in Medico Poli-  
tico, & Cortesius in Miscellaneis ; qui  
quidé omnes unà cum Syluatico, Au-  
gerio, Ferrerio, Mercuriali, Foresto,  
Brudo Lusitano, Epifanio Ferdinan-  
do, Massaria Sennerto, & quid attinet  
reliquos numerare, qui propemodum  
infiniti sunt ? omnes, inquam, isti cen-  
sent, cùm ex D. August. quantum in Me-  
dico sit, veniat sanare ægrotum, & quod,  
Tract. 12.  
in Ioan.  
inquit Antiphonis filia apud Plautum,  
ad illos etiam pertineat, *semper nostrum*  
*officium nos facere æquum est*, omnia ex  
usu esse, quæ sanitatem in ægris præ-  
sentem conseruant, nutantem firmât,  
deperditam restituunt ; ac propterea  
quemadmodum non respuunt fæces,  
non abijciunt fœtida, non abhorrent

I iij

venena, sic nihil omnino rationis esse propter quod damnent potius technas, fraudes & mendacia; cùm præsertim non minus quàm illa ægrorum saluti conferant, & ex fine atque intentione, quibus actiones in moralibus æstimantur, non possint non censeri valdè salutaria, & maximè conuenientia Medicinæ præsidia, quæ propterea nec Theologorum sanctiss. doctissimisque displicuere, non equidem

*Lib. de Sa-  
cerd.*

D. Chrysost. qui talem fraudem non fraudem nominandam esse concludit, sed potius oīnovopiar quandam, sapientiam, artem, qua possis è medijs rerum despatarum angustijs euadere; non Pererio alserenti, quod non raro prudentes Medicis grauiter agrotantibus, salubrèisque curationes recusantibus utili simulatione detipis, quæ volunt præbent medicamenta, sanitatem restituunt; non denique Molano obscurum illorum judicium dantani, qui insidias militares, Medicorum & Iudicium dissimulationes, à mendacij discernere nequeunt. Ex quibus cùm lucce meridiana clarius appareat, non tantum-

*c. 27. in  
Gen. disp.  
l. 5. 26.*

fallere ægrotum?

135

cantummodò licitum esse

*Mentiri Astrologis, Pictoribus atque  
Poëtis;*

quod vulgari fertur adagio, sed Medicis insuper; licet istud faciendi licentiam, non ut Autolicus à Mercurio, sed ab omni sapientum & optimorum potiori consilio acceperint. Reliquum nunc est, ut priusquam eorum objectiones diluamus, qui contrarium censent, aliud insuper exemplis confirmemus, quod tot rationum & authoritatum momentis firmissimè videtur esse stabilitum: atque præter cætera quæ jam attulimus, & illa quæ leguntur apud Marcellum Donatum, hoc unum lib. 2. de  
in primis illustre mihi videtur, quod  
de quodā melancholico referunt non- nulli, qui septem se in capite passerculos velut in cauea inclusos gestare continuò arbitrabatur; accersitus siquidem ad ipsum vafer quidam, & prudens Medicus, cum vitium imaginationis læsæ primo statim obtutu deprehendisset: Euge, inquit, vir bone, qui me talibus morbis assuetum per-

I iij

tractandis & curandis, bona tua sorte  
yocaueris. Etsi enim me non Mene-  
cratem esse profitear, qui *a Ævaro*,  
seu mauis, insenescientiam hominibus  
promittebat, non Asclepiadem, aut  
talem, qui fractum crus possim obliga-  
re, Vulcano, Martisq; vulneribus me-  
dicinam facere; istud tamen sancte, &  
absque ullius adulationis suspicione  
dejerare possum, neminem hodie Me-  
dicorum esse cui saepius, aut felicius  
similes affectus obtigerint percuran-  
di; nam dum juuenis adhuc & noui-  
tius Compluti Medicinæ sacris initia-  
rer, obrulit se mihi Hispanus quidam  
saevissimo capitis dolore eousque de-  
sperationis adductus, ut sibi violentas  
manus inferre tentaret; sed cum ab  
amicis resciuisse illum frequenter,  
dum sanus esset, ocyrum jucundi-  
doris causa olfecisse, cõjeci statim, ex-  
perientia Hollerij ductus, scorpiones  
inde in ejus cerebro enatos, quos qui-  
aliter non possem, prægrandi folle na-  
ribus ejus indito, & violentia quantu-  
fieri potuit maxima deducto, una cura  
offisi

ossis Ethmoidis portiuncula attraxi.  
Postea verò cùm Ægyptum peragra-  
rem, quindecim hirudines unico im-  
puræ & lutulentæ aquæ haustu in bu-  
bulci cujusdam ventriculum illapsas,  
solo vomitu ex muria propinato de-  
puli. Ranas etiam, girinos, bufones, &  
nonnunquam crocodilos non aliter  
certè quām vermes medicamētis con-  
uenientibus eduxi: ut nihil hic atti-  
deat de serpentibus loqui, nihil de tæ-  
nia, licet supra triginta cubitos lōgam  
semel auxilio meo redditam viderim.  
Sed audi, quid nudiustertius cōsiliū ce-  
perim in illo Trapezita tuo vicino, qui  
sibi caput omne curculionibus hinc  
inde perreptātibus oppletum esse non  
falsò persuaserat, frumentum ex aristis  
recenter decussum in prunas conjeci,  
fumūmque ut per infundibulum in  
nares reciperet, imperauī, quod post-  
quam per horæ quadrantem facere su-  
stinuit, tandem legio integra curculio-  
num arcem capitis, quam prius obsi-  
debat, deseruit, quoad ustulati frumē-  
ti gratum nidorem reliquiāsq; se con-

ferret, ut jure Virgilianum istud usurpari potuerit,

*It nigrum campis agmen.*

His igitur experientijs confirmatus, quid nunc tua de causa mihi faciédum sit, satis supérque intelligo; & quidem licet de passerculis tecum non conueniam, quos sub ingressum domus tuæ cùm adeò suauiter & delicate fringultientes, minurientésque perceperim, cardueles, aut luscinias esse verius existimo; tamen qualescumque sint ille auiculæ, spero me potentiori quodam pharmaco crastina die illas eductum, modò te mihi obsequentem prebeas, & ad omnia, quæ jussero, promptum facilémque exequenda. Sequenti igitur die pulueribus nigellæ, pyrethri, euphorbij, hellebori, similibusque sternutatorijs instructus, redit ad ægrotum confidentia, quām illi tam audaci pollicitatione fecerat penè jam sanatum, caput fasciâ nonnihil etiam in oculos dependente fortiter strinquit, pulueres in nares exsufflat, concitatâque crebra & vehementi sternutatione,

tatione, auiculas quasdam quâ deplumes, quâ viuas, quâ semitrûcas & mortuas ex manica supra lectum projicit, mox verò ægrotû bono animo sit horratur, jubéisque num passerculos, aut cardueles potius in capite habuerit visu dijudicet, quod ipse statim fecit amoto sifario, séque optimi istius viri consilio, ab immani cruciatu tam facile liberatum fuisse multum gauisus est, & in posterum rectè valuit. Hæmorrhagiam autem ex naribus adeò rebellem & contumacem, ut nullis amplius remedij locum esse communis foret opinio, contrario planè modo sanavit Cardanus; nam ad ægrum vocatus, non quemadmodum alij Medici, reuulsionem imperauit per venæ sectionem, cucurbitulas, frictiones, ligaturas, multoque minus laudauit medicamenta refrigerantia, astringentia, glutinantia, caustica, vel quæ à Medicorum vulgo *γχαυμα* dicuntur. Sed historiam totius morbi blandè primum sciscitatus & curiosè frontem statim contraxit, & ad matrem conuersus

ipsam hunc in modum alloquutus est:  
 Quid in te, oro, obtestorque, commisi,  
 Domina, quamobrem me potius ad  
 mortuum, quam ad ægrotum vocares,  
 filium hunc tuum ad insitas redactum  
 vides, & adhuc de Medico potior est  
 tibi cura, quam de Sacerdote? num i-  
 gitur me talem habes, qui mortuos  
 possim ad vitam reuocare? Profecto-  
 miror, quod tua abierit antiqua soler-  
 tia: cernis supra viginti libras sangu-  
 nis in hoc tridui spatio, quo primum  
 symptomata istud tam dirum & lethale  
 incepit, fuisse rejectas, cum nihilo mi-  
 nus Auicenna septemdecim tantum  
 citra mortis periculum euacuari posse  
 contendat: cernis etiam animi deli-  
 quia, perfrigerationem extremorum,  
 sudores exiguos sensim gliscentes, fa-  
 ciem omnino decolorem, & dubitas  
 adhuc num de juuene isto conclama-  
 tum sit? scias igitur nihil eum amplius  
 opus habere auxilio meo, sed ne qui-  
 dem illius dei

*Reduces qui tradere vitas*

*Noscit, & in cælum manes reuocare se-  
 pultos,*

213

*fallere ægrotum?*

141

*Qui colit Ægeas, qui Pergama, quique  
Epidaurum.*

& si me audis , Sacerdotem quanto-  
cyus accersiri jube, qui hunc sacro via-  
tico , & supremis unctionibus muniat  
è vita proximè discessurum ; aut enim  
scientia Medicinæ nulla est , & mea  
me fallit quinquaginta annorum ex-  
perientia, aut ante vesperam fatis con-  
cedet, & vera atque meliore vita per-  
fructur. Hac enim sententia ab eo, qui  
totius ciuitatis oraculum habebatur,  
tam seuerè audacterque pronunciata,  
mater, quæ nihil quidquam de strata-  
gemate rescuerat, domum statim uni-  
uersam luctibus compleuit; æger verò  
primum quidem

*Palluit, ut nudis pressit qui calcibus an-  
guem.*

mox cùm se tam breui moriturum cre-  
deret, timorem inde talem concepit,  
ut calore cum sanguine & spiritu con-  
fertim ad præcordia recurrente, totum  
corpus frigidum remanserit, & san-  
guis, qui per venarum siphunculos in  
ejus habitum diffundebatur, ad ulte-

riorem motum ineptus hæserit. Quod antea quidem ab alijs Medicis frustra medicamentorum ope fuerat tentatum. Sed narrant præterea doctissimum Hollerium melancholicum, qui se vastissimæ magnitudinis nasum habere querebatur, &

*Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,*  
*hac arte liberum ab inani illa persuasione fecisse ; asseruit siquidem nasum*  
*eius longè majorem esse quam sibi videretur, sed tamen remedio locum forare, si ad officinam periti cujusdā Chirurgi, & in hac præsertim operatione,*  
*qua nasi longiores decurtantur, veratissimi se conferre vellit ; quod postquam æger annuit, præmissis statim, qui Chirurgum de Hollerij mente admonerent, & alijs etiam qui transeuntis nasum partim mirarentur, partim irriderent, ad ædes Chirurgi unà tandem deueniūt, ubi seruos obuiam habent, valvas fenestrásque recludentes, & omnia impedimenta amolientes, in quæ nasus ille potuisset impingere.*  
*Tum verò oculis ægri velatis operi accingi.*

*fallere ægrotum?*

143

Chirurgus , abscinditque extremam  
nasi cuticulam, & osteno postea quem  
in istud negotij parauerat , tanquam è  
recenti vulnera amaxabone sanguino-  
lento , partem nasi rescissam esse per-  
suasit , sicq; maxima cum Hollerij exi-  
stimatione æger ille conualuit , & ad  
meliorem de naso suo opinionem cō-  
uersus est . Verùm quid opus est aliun-  
de exempla petere , quām ex commu-  
ni Chirurgorum industria , qui se venę  
sectioni imperatæ accingentes ægro-  
rum quorundam muliebrem animum  
quasi nondum parati aut aliud agen-  
tes , tamdiu fallunt & detinent secu-  
rum , donec incisa subtiliter & ex im-  
pruiso vena ,

*Cruor emicat altè*

*Non aliter , quām cūm vitiato fistula  
plumbō*

*Scinditur , & tenui stridente foramine ,  
longas*

*Ejaculatur aquas , atque ictibus aëra  
rum pit.*

*aut ex eo tandem , quod in usu receptum  
habet nobilissimus eques , & doctissi-*

mus Antenoræi Lycæi professor ana-  
tomicus Ioannes Weslingius, qui cau-  
terium illud actuale, quod nemo etiam  
fortissimus non reformidat, ope pixi-  
dis cuiusdam ex ligno tornatili affabre  
elegantérque paratæ, ex qua ferrum  
candens, velut ex insidijs prorumpit,  
tam cautè, subtilitérque parti inuren-  
dæ admouet, ut maxima ægrorum vo-  
luptate operationem hanc satis per se  
difficilem & molestam absque illo  
fermè doloris sensu absolutat. Sed vi-  
deo tādem quid in re tenui nimis cir-  
cumscripti homines, & in aperto ve-  
ritatis sole malitia, nescio an imbe-  
cillitate cæcutientes aduersus tot ex-  
emplarationesque moliantur, menda-  
cium, inquiunt ex Aristotele, impro-  
bum est, ac vituperatione dignum, &  
ex primo elenchorum, *Sapientis est no-*  
*mentiri, de quibus nouit.* Vnde Pytha-  
goras hæc præclara homines à Dijs ac-  
cepisse fatebatur, vera nempe dicere  
& beneficia in alios conferre; que  
duo si in aliquo, maximè in illo rep-  
tiri debent, qui non modò peritia me-  
dendi

fallere ægrotum?

145

dendi, sed morum integritate & vita  
honestate sibi imitandum proponere  
debet Hippocratem, quem Aristote-  
les & Galenus veritatis obseruantissi-  
mum vocant, & Macrobius talē fuis-  
se contendit, ut nunquam falli aut fal-  
lere potuerit, nou secus profecto; ac  
Atticum narrant mendacium, nec di-  
cere solitum, nec pati potuisse, hoc ve-  
rd tantò diligentitis Medici præstare  
tenentur, quod remedia, quæ præ ma-  
nibus habent, si ab improbis usurpen-  
tur, venenis ipsis nocentiora euadunt;  
unde si quidquam in ipsorum admini-  
stratione dolo vel malitia peccant, si  
fallant ægrotos, aut confictis menda-  
cijs auctoritatem arti suæ querant,  
quemadmodum malus ille tutor apud  
Phœdrum, qui cum inopia desperdi-  
tus

*De som-  
nio Scipio-  
nius cap. 4.*

*Medicinam ignoto facere cœpisset loco,* Lib. I. fab. 1  
*Et venditaret falso antidotum nomine:* 14.

*Verboſis acquiſuit ſibi famam ſtrophis.*  
Certe quantum à recto æquitatis tra-  
mite aberrant, vel ex eo facile conij-  
a me esse poffunt, quod D. Augustinus ne  
K

An liceat Medico

146

quidem istud cum euidenti alterius  
commodo facere permittat: nam quo-

Lib. de ties, inquit, aliquis utilitatis proximi ca-  
verbis A-  
post.

sa mentitur, si non erat peccator antequam  
mentiretur, mentiendo efficitur id quo-

vitarat: imò verò tractationem han-  
de mēdacio idem alibi ad medicinan

referens: Si concesserimus, inquit, p-

Lib. con-  
tra mēdac.  
cap. 18.

salute alicuius ægri, de vita filij ejus fuji-

mentiendum. ita paulatim, minutatimq-

erescet hoc malum, & breuibus accessibis

ad tantum aceruum mendaciorum sceleri-

torum sensim subintrando perducetur,

numquam possit penitus inueniri ubi au-

tæ pesti per minima additamenta in in-

mensum convalescenti possit obſisti. Se-

enim auctoritates ipsas validissima re-

tione confirmant: siquidem, quod se-

cundūm se & ex genere malum est, i-

nullo modo bonum fieri potest: qui

doquidem bonum, ut loquuntur The-

logi, non constituitur nisi omni-

perfectione; malum verò ex singu-

lari defectibus consurgat: mendacium

tem malum est per se, & ex genere,

& ceteris videlicet inordinatus, cùm De-

&

& natura voces homini dederint, ut essent signa eorum, quæ in mente habet, unde etiam sequitur nulla ipsum additione, vel restrictione legitimum reddi posse; maximè cùm antiquissima lege sancitum sit, mala non esse D. Pant. ad Rom.  
perpetranda, ut ex ipsa, velut radice v. 8.  
venenata boni alicujus fructus salubres in nostram aut alterius utilitatem efflorescant. Verùm optimè tandem sentio quid istis seuerioribus Aristarchis bilem in nasum concuerit, verba nempe legis explorant, non legislatoris animum, & quæ sunt æquiuoca, semper in deteriori significatione accipiunt; contra profectò quām facere deberent, si rationem sequi, aut Sariberensem imitari vellent, qui de Medicis ita aggreditur ad dicendum in Polycratico, *abſit de his quidquam per-* cap. 9.  
*uersum loquar, in manus enim eorum exi-*  
*gentibus peccatis meis frequenter incido,*  
*non sunt exasperandi verbis, sed potius de-*  
*mulcendi obsequio.* Dolus igitur quod nescio an ipsi rectè animaduerterint, non semper malus est, sed aliquando

K ij

etiam sumitur pro solertia quadam,  
s<sup>e</sup>u cautione & prudentia, qua vel ad-  
uersus hostem vel latronem, vel etiam  
ægrum optimis Medicorum consilijs  
reluctantem utimur ; unde cùm Vi-  
opianus, Labeo, Tullius dolum machi-  
nationem esse dicunt ad alterum de-  
cipiendum adhibitam, non satis ha-  
buere dolum simpliciter dicere, sed  
malum addiderunt, quem propterea  
idem Cicero cum fraude & calunnia  
*pro demo.* conjungit, ne qua calunnia, ne qua fraus,  
ne quis dolus adhibeat. Et eodem sen-  
su D. Thomas ostendit fallere intelli-  
gi posse dupliciter, nimirum significa-  
do absolute falsitatem, quod plerumq;  
faciunt Agyrtæ, Ciniflones, Magome-  
dicastri, circumforanei nebulones, &  
fœcundum illud in fraudes hominum  
genus ; aut simpliciter occultando ve-  
ritatem, quod optimis Medicis ob-  
grorum commoda videtur legitimate  
concessum ; istud enim, inquit optimi-  
*a. de diui-* Cicero, ne homines quidem probi faciū-  
*nari.* ut amicis impendentes calamitates prædi-  
cant, quas illi nullo modo effugere possint.  
Verum

Verùm quoniam de mendacio longè omnium grauior solet esse difficultas, aduertéendum in primis hujus, quod dicitur esse falsa vocis significatio, cum intentione fallendi, octo differentias à D. Thoma constitui, quarum priores quatuor pertinent ad mendacium perniciōsum, quinta ad jocosum, reliquæ verò tres ultimæ, ad officiosum, *in quo intenditur quod est alteri utile*: ac propteræa cum Medicorū technæ & stragemata, nec ad dolum malum referri possint, nec ad mendacium pernicioſum, sed ad officiosum potius spectent, quod nihil aliud pro fine intēdit quām malorum tyrannide oppressos conuenientibus remedijs subleuare: equidem non video quid tandem rei sit, cur ab istis Catonibus & Stertinijs cane pejus & angue censetur esse declinandum: neque enim profecto ita visum Origeni, dum sententiam Platonis approbat ex 3. de Republica, ubi afferit, *Deo quidem indecens & inutile esse mendacium, hominibus verò quandoque utile & necessarium, ut eo, tāquam medicamen-*

22. q. 107.  
art. p. 2.

K iii

collat. 17. 10. utantur, nō Abbatii Iosepho persua-  
 c. 8. denti apud Cassianum, mendacio u-  
 tendum tanquam helleboro, quod sumitur  
 in extrema rerum cōsternatione; non Pe-  
 in c. 27.  
 disc. c. 2. rorio, qui commentariis suis in Gene-  
 sim fatetur, sententiam esse peruerterem  
 & celebrem, licere sine peccato mētiri: nec  
 lib. 4. me. deniq; Marco Marullo Spalatensi, qui  
 mor. c. 4. ob Reipublicā bonum, vel majorem Deiglo-  
 riam, mentiri fore summæ pietatis, ingēnus  
 que prudentiae contendit. Ut propterea  
 nō perperam Lessius existimet D. Au-  
 gustinum sibi minus in libris de méda-  
 cio satisfecisse, quod ἀπλῶς, & nulla  
 adhibita distinctione misericors etiam  
 & officiosum condēnarit; cōtra quām  
 reliquorum Patrū auctoritatibus pro-  
 bari potest, & infinitis etiam exemplis  
 eorum, quæ in sacris codicibus narran-  
 tur, confirmari: ut nihil amplius diffi-  
 cultatis supersit, nisi ab Aristotele &  
 Pythagorā, quos tamen respōdere pos-  
 sum de eo tantū mendacio intelli-  
 gendos esse, quod absque summa &  
 uidenti utilitate profertur, aut etiam  
 cum alterius noxā: & adjuncta rati-  
 optimi

*fallere ægrotum?*

151

optimè concludit, mēdaciū quidem  
semper esse malum, non tamen in casu  
necessitatis deceptionem officiosam,  
quæ nullius damno in multorum utili-  
tatem cedere potest, postponendam  
esse nocuo pudori; neque enim, inquit  
Cicero, *de pactione verborum quibus jus-* pro R.  
icio.  
*jurandum, aut mendacium, comprehen-*  
*ditur, sed de perfidia, atque malitia, per*  
*quam insidiæ tenduntur alicui, Dū immor-*  
*tales irasci ac succensere consueuerunt.*  
Quæ profectò cùm ita sint, huic certè  
necessum est

*Claudicet ingenium, deliret lingua que*  
*mēnsque,*

qui technicæ istius prudentiæ, aut po-  
tius artificiosæ indicationis artem, li-  
cet velut aurum Brutii officiosæ fraudis  
sambuco obtectam vellet iterum ex  
Medicinæ fundo diuellere; & si quis  
hoc in posterum attentare audeat, Te-  
rentianum istud sibi dictum putet: *in Andri*

*Si illum objuges vitæ qui auxiliū tulit,*  
*Quid facias illi, qui dederit damnum,*  
*aut malum?*

K iiiij



Clarissimo, & Eruditissimo  
Viro,

IOAN. BEVEROVICIO,  
DOCTORI MEDICO  
Patauino,

GABRIEL NAVDAVS S. P. D.

**P**ENTADIS meæ Questionum  
Iatrophilologicarum ad opta-  
tum finem perducenda nulla  
mihi occasio poterat esse hone-  
stior, aut quæ magis sollicitaret officiu-  
era te meum, Beuerouici nolumadeser-  
quam ab ultimis literis, quas Slingelandus  
noster, homo, quod tu quidem probè nosti-  
totus ad humanitatis rationem compositus,  
planèque tēlexīwō, & mirificus studio-  
sorum hominum inter se conciliator, mihi  
priusquam in urbem venirem, tuo nomine  
reddem.

reddendas curauit. Etenim licet omnes aliae, quas ad me frequentes dare consueisti, plenissimae sint amoris illius, quo me vel immerentem prosequi, atque ornare soles, nescio tamen quomodo postremae sic animū pupugere meum, ut amantem te non amare, & illustri testificatione declarantem, qualis, & quam maxima tua sit in me voluntas, non aliquo signo prosequi, quod parrem esse meā erga te propensionem declaret, tuoque muneri eximio aīnīdōegv esse possit, hominis id factū esse ne dum ἀπαγόρευτος, οὐ προσώπος, inculti, scilicet, & habitantis rure, ubi tantum in pretio sunt

—Corbes Pers. sa.

Et focus, & porci, & sumosa Palilia  
fœno.

sed prorsus ἀπαγόρευτος, & ingratii inhumanique existimem. Cogitanti vero quo potissimum officij genere animum hunc meum tibi probarem, nullum certè mihi, aut magis opportunum, aut minus ambitiosè quæstum visum est, quam si ex facto tuo, & grauissimi Philosophi cōsilio, nemSenec.lib.  
6. de be-  
nef. cap. 9. pe ut gratus sim, velle debeo idem facere, quod ille, ut Beneficium daret,

velle debuit, tibi questionem hanc offerrem, earum annotationum loco, quas tu, cum primum in lucem pro Appendice ad elegantissimum librum tuum de Calculo prodirent, sub nomine meo apparere voluisti: non quod illud nulla esse apud homines auctoritate nescires: verum ut aliquam potius illi conciliares, indicio, quod de me tam praeclarū tulisti, & quo deinceps cēseri in literatorū Republica maximè velim, & cupiam. Ceterū eò lubentius animum appuli ad Questionem hanc de Vitæ hominum termino, pro facultate ingenij mei, quod tamen sentio, quam in me sit exigū, discutiendam, quia tu, Beuerouici humanissime, mihi istud, ut facerem, auctor esse voluisti, dum in postremis tuis significas, optare te, Epistolicarum Questiōnum de Vitæ termino tertia editioni ornatum aliquem ab nomine Clarissimi Licetii simul & meo accedere. Absque hoc enim fuisset, ego, cui sapissimè in mentem venit commonefactionis illius Persiane,

Satyr. 4.

Respuē quod non es, tollat sua munera cerdo:  
Tecum

Tecum habita, & noris, quām sit  
tibi curta supellex.

tenui alio lemmate, meisque viribus ma-  
gis conuenienti, tutius consuluisse honori  
meo, & utique obseruantiae, quam tibi de-  
beo, fecisse satis: Sed tu pro amore tuo  
mecum agere voluisti, dū me ex gradibus  
infimis in orchestram vocas: & ipse nisi  
sequar quō meducis, indignus profectos sim,  
quem in amicorum numero habeas, detre-  
ctantem scilicet negotium illud in mere-  
cipere, quod siue tua de causa, qui jubes,  
siue mea, qui pareremodis omnibus tibi de-  
bea, non possum cupidissimē non amplecti.  
Hoc igitur dum facio, tuum erit, Beuero-  
uici, curare, ne fraudi mihi sit apud tot  
Proceres literarios, qui jam antē compulse-  
tais epistolis, de fatali vita termino respon-  
derunt, obsequium erga te meum, si post  
messem illam, quam fecerint rerū pulcher-  
rimarum, quæ de hac dubitatione proferri  
à doctissimis hominibus in medium pote-  
rant, vix mihi spicilegiū aliquod relictum  
est, testandæ non tam eruditioni, quam di-  
ligentiae, & fidei in amicos meos. Sed non  
minus consulere debes æqui bonique, quod,

multis occupationibus impeditus, quæ meditationi tam molestæ sunt, & aduersæ, ut nihil supra, sustinui, tam diu me in ære tuo esse, quamquam animo semper illius dissoluendi, statim atque se cōmoda aliqua præberet occasio. nosti siquidem illud Chrysippi apud Senecam, qui gratus futurus est,  
 De benef. illum velut ad certamen cursus compositum, & carceribus inclusum, operiri debere suum tempus, ad quod ve-  
 lut dato signo prosiliat: quemadmodum  
 ego nunc facio, tam promptum & bonum  
 nomen, quam tibi forsan tardum videbor:  
 nisi pro tua singulari benevolentia reputes,  
 mihi post meum discessum ex amoenissima  
 Valle Reatina, quæ mirum quam otio libe-  
 rali, meisque Musis amica sit, nullum a-  
 liud tempus ab Auticis interpellationib⁹  
 liberum fuisse, quo tecum libere, & ex ani-  
 mo esse possem. Vale.

Dabam Romæ, pridie Non. Se-  
 ptemb. M. DC. XXXIX.

QVÆ.